Thomas <de Aquino>: Logica aurea et proficere volentibus utilis et necessaria diligenterque correcta et emendata in florentissimo studio Lipsensi

[Leipzig: Martin Landsberg], [ca. 1491] 



illius soni Ibi enī non solum est dare plura indiuisibilium sed eciam dare plura durare scꝫ ꝙ talia plura plus durant q̄ vnū ideo oportet ibi ponere aliquē numerum ptinentē ad mensurā alicuius duracōis hoc autem est tempus discretū in talibus que sic incipiūt esse et que sic habent esse non est quando scꝫ ꝙ hic sumitur quādo ꝑ vt relinquitur ex adiacencia tempoꝝ continui et si in eis esset quando ex adiacencia ipsius nūc tempoꝝ discreti esset alteri⁹ racōis q̄ quādo de quo nunc agit̄ Alius v̄o actus indiuisibilis est qui non est aptus natus succedere alteri nec ali⁹ sibi sicut est act⁹ essendi angeloꝝ et anime racionalis et corporū celestiū et intellectio angeli qua videlicet intelligit se que non est successiua et beata visio angeloꝝ et animaꝝ Et tales actus mensurant̄ euo qd̄ est totū simul Unde licꝫ tales actus inceperunt esse ꝑ simplicē emanacōꝫ tamē in eis non est quando non enim habent mensurari tēpore possum⁹ aūt dicere ꝙ ī omnibus dictis actib⁹ sit quando ꝑ aliquā coexistenciam q̄ habet tempus ꝯtinuū cum duracioibus eoꝝ dicimus enī quando fuit angelus et respondet̄ heri vel hodie non tamen ꝙ angelus quantū ad esse suū mēsuret̄ die hesterna vel hodierna sed quia dies hesterna vel hodierna simul fuit cum dicta duracione scꝫ cum suo euo vel euū suum simul coexistit tempore hesterno vel hodierno et sic de alijs et sic patet de quando

## Capitulum primum de predicamēto vbi quid sit formaliter ⁊ ī quo sit subiectiue et ꝙ subē sepate scꝫ ītelligēcie ⁊ aīe hūane nō ꝓpe dicūt̄ esse in vbi

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-11/0089
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG